



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

7. Quomodo eosdem actus amoris B. Mater exercuerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

ob causas 1. puncto allatas. Zelus imitandi Christum in his amoris affectibus frequentandis, & facto ipso declarandis per actus externos hos vel illos, e. c. ex amore ardua quæque occursura, resignato hilarique animo tanquam de paterna Dei manu acceptando: conando ex eodem motu perfectè hoc vel illud munus sibi incumbens obire, hanc vel illam imperfectionem sollicitè cuitare, &c.

VII. *Quomodo eosdem actus amoris Beatae Mater exercuerit.*

I. **E**xpende, quo pacto B. Mater & Virgo fide illuminatissima, & charitate flagrantissima præfatos tres principios amoris actus, sibi iam à primordio usus rationis familiarissimos, nunc frequentarit tanto purius, intensius, constantius, insatiabilius, 1. quod sensim in singula penè momenta clarius infinitam Dei amabilitatem cognoscebat. 2. quod se eminentius supra omnes puras creature ab eodem amari sentiebat. 3. quod ab omni impedimento amoris Dei, fomite peccati, & amore suorum erat. 4. quod & corpore, & spiritu fornicati ardentissimæ charitatis filio Dei &

suo

suo vienior erat. s. quod inestimabilioribus primitus sibi infusam habitualem charitatem supereminentissimam auerat incrementis, per tot eximios actus amoris ex tota latitudine habitus, & supra non raro, hucusque roties frequentatos. Et hos expenos suspice, & a longe saltem amulare.

II. Quam vehementer optarit multo adhuc affectuosius omnibus praeteritæ vitæ momentis hos actus frequentasse: quam intensè doluerit a tam paucis, tam imperfectè Deum infinito amore dignissimum redamari, ob caussas iam dictas. Compunctione de tepiditate in Deo redamando.

III. Quam firmiter proposuerit eosdem actus internos crebrius affectuosiusque elicere, externos addere hos, vel illos, & quidem omni possibili perfeccissimæ dilectionis excessu. Zelus eam amulandi.

3. Heb-
dom.

Post E-
piphan.
I.

Dominica III. Post Epiphaniam, Post E-
De leproso mundato, & Centurionis seruo
sanato. Matt. 8..

I. Iesus leprorum se adorantem & di-
G. s. cen-